



78.15.

SENTENCIA DADA POR LA ANTIGUA REAL AUDIENCIA DE VALENCIA en 12. de Septiembre de 1678.

LA QUAL SE HA IMPRESSO
EN LOS MISMOS TERMINOS EN QUE FUE PRONUNCIADA,
EN VIRTUD DE DECRETO DEL CONSEJO
de 8. de Agosto de 770. *(sobre d'antiguo)*

A PEDIMENTO
DE DON RAFAEL VERENGUÉR
y Galindo, (*numer. 28.*)

PARA EL PLEYTO
QUE SIGUE
CON
DOÑA MARIA ANTONIA GALINDO,
(*numer. 25.*)

Y
VICENTE GALINDO : (*numer. 27.*)

S O B R E

*El Vinculo fundado por Ana Maria Busaràn , viuda
de Pedro Roca , (*numer. 1.*)*

N. 27654
CF-Z/60(6)

R. 28012

SENTENCIA
DADA POR LA ANTIGUA
REAL AUDIENCIA DE VALENCIA
en 15 de Septiembre de 1628.
En virtud de la impresa
en los mismos términos en que fue pronunciada
en virtud de decreto del consejo
de 8 de Agosto de 1720.
A PEDIAMENTO
de don Lluís Audicau
y Gómez (m. 28)
PARA EL PLEITO
que siguió
CON
don María Antonia Calindo
(m. 22)

X
VICENTE CALINDO : (m. 27)
SOBRE
la demanda que se ha hecho para
que se pague el sueldo (m. 2)

Xps. **Q**uia Anna Maria Buseran suo ultimo testamento recepto, & publicato per Petrum Vincentium Mas Notarium diebus vigesimo primo & vigesimo septimo Januarii anni millesimi sexcentessimi quinquagesimi primi respectivè, tam in bonis proprijs, quam Petri Roca illius viri utens facultate ab illo ei concessa hæredem instituit Josephum Roca illius Flum & dicti sui viri, sub tali pacto quod ille & cæteri successores in dicta hæreditate approbare tenerentur dictam ejus dispositionem, & quod si dictus Joseph obierit quandocumque absque Filijs aut descendantibus legitimis & naturalibus & ex legitimo matrimonio natis & procreatis masculis, dicta bona absque detractione legitimæ Falcidiae, Trebelianicæ, nec alterius cuiuscumque Juris pertinerent ad Joachinum Roca pariter illius filium si tunc viveret & illo prædefuncto ad filios aut descendentes masculos Joachimi si ex illo extarent, ita quod successio transert & vadat ex unis in alios filios & descendentes masculos dictorum filiorum ordine primogeniturae & masculinitatis servato, & deficiente descendencia masculina illorum, & non extantibus inter illius descendentes tam ex filiis quam filiabus illius & dicti ejus viri, nisi fœminis, voluit, quod dicta bona absque detractione aliqua ut supra, æquis partibus dividerentur inter omnes fœminas descendentes in æquali gradu existentes tam ex filiis quam filiabus, admisis ad successionem filijs filiæ aut descendantis prædefunctæ, qui in æquali gradu existarent, ut representando matrem cum alijs succederent in stirpes & non in capita, & quod si evenerit quod ex relatis Josepho & Joaquimo aut altero illorum extarent una

aut

aut plures filiae & pariter existeret aliqua ex ejus filiabus, tali in casu disposuit omnem illius hereditatem dividi & distribui, hoc videlicet modo, quod unaquaque ex ejus filiabus unam partem haberet, & omnes filiae cuiuscumque illius filiorum praefunctionum aliam, representando Patrem, & quod possent facere de dictis bonis ad suas liberas voluntates. Gaspar Galindo Medecinæ Doctor in supplicatione diei sexti Julii anni elapsi millesimi sexcentesimi septuagesimi sexti predictam Testamentariam Dispositionem retulit & afferit dictum Petrum Roca heredem instituisse dictam Annam Mariam Buseran illius uxorem de ejus vita tantum cum onere disponendi de dictis bonis in ultima voluntate inter filios aut descendentes illorum, facultate ei concesa apponendi quaecunque pacta vincula & conditiones, afferit etiam Josephum primum heredem absque liberis successisse, & in illis successisse Joachimum istumque etiam obijisse absque filijs nec descendantibus, & sic illum uti filium filiae majoris dictorum vinculatorum in vim relati Vinculi successisse in omnibus bonis in eo recadentibus. Quibus contradixit frater Joseph Monferrer Presbiter Procurator Ludoviciæ Roca, Sevinæ Roca, Anne Marie Roca, & de Galindo viduae, & Emerencianæ Roca sororum afferens Annam Mariam Buseran utendo facultate à Petro Roca Mercatore attributa, disposuisse de relatis bonis, & ob obitum dictorum Josephi & Joachimi absque filijs, suas principales successisse in relatis bonis & sic declarationem obtinuisse in Curia Guvernationis presentis Urbis die vigesimo tertio Octobris anni elapsi millesimi sexcentesimi septuagesimi quinti, qua pronuntiatum fuit, illas in omnibus bonis suorum parentum successisse, & dictum

Gaf-

Gasparem Jus non habere ad illa, licet sit nepos
masculus dictorum Petri Roca, & Annae Mariæ
Buseran, media Anna Maria Roca illius matre,
quia juxta dictæ Clausulæ tenorem aperte dignosci-
tur vinculum fuisse institutum masculinitatis &
primogeniture inter descendentes Josephi & Joa-
chimi, & cum isti dececessissent jam absque filiis, in-
ter dictas Ludoviciam & litis confortes, filias testa-
tricis uti expresse vocatas relata bona esse dividen-
da, quia in casu quo evenit superviventibus filia-
bus testatricis principalibus dicti Monferrer, si ali-
qua jam fuisse p̄emortua filij illius haberent par-
tem Matri si eo tunc viveret attingentem, & sic
dictum Gasparem nunc in dictis bonis Jus non habe-
re, cum tantum prætendere posset si illius Mater
prædefuncta fuisse partem in qua illa si viveret suc-
cessisset, & vocationem masculorum restrictam fui-
sse ad descendentes Josephi & Joachimi, & filios
filiarum discretivam vocationem habere, & sic com-
prehendi non posse sub colectiva descendantium. Et
per dictum Gasparem Galindo die decimo tertio Sep-
tembris anni millesimi sexcentesimi septuagesimi
septimi à die notitiae appellatio fuit interposita à dicta
declaratione, actisque in illius sequelam factis, &
dicta Causa eadem die introducta in hac Sacra Regia
Audientia & dictæ Cause fuerunt cumulatæ ex par-
tium consensu, ut unica Sententia terminarentur, &
sic in præsenti de illis agendum est. Et attento quod
inter partes est in confessio & suponitur, relatam
Annam Mariam Buseran disponendi facultatem ha-
buisse de bonis Petri Roca illius viri, & ille expræsse
suam intentionem fulciri intendunt dicto Testamen-
to Annæ Mariæ & illo inspecto in casu quo evenit
decessus dictorum Josephi & Joachimi absque filijs

nec

nec descendantibus ut inter partes non dubitatur,
sicuti etiam suponitur, Doctorem Gasparem Galindo
esse filium Primogenitum dictæ Annæ Mariæ Roca
filie majoris dictorum Petri, & Annæ Mariæ Bu-
seran, dicendum est istum uti nepotem testatricis
masculum in dictis bonis successisse, testatrix etenim
prius invitavit ad relata bona dictos suos filios mas-
culos primo Josephum, & postea isto sine filijs mas-
culis obeunte, Joachimum, & isto non extante, fi-
lios aut descendentes masculos, sic quod hæreditas
transiret & devenerit de unis in alios filios & des-
cendentes masculos dictorum Josephi & Joachimi or-
dine primogeniture & masculinitatis; & descen-
dantibus masculis illorum deficientibus, & non
existentibus nisi fœminis inter suos descendentes tam
ex filijs quam filiabus illius & dicti ejus viri vo-
luit, bona dividi inter illas. Ex quibus verbis de-
prehenditur, masculinitatem fuisse à testatrice con-
templatam cum sepius filios & descendentes masculos
ad bona vocasset, & in conditione possuisset ante fœ-
minas, & istas illis non extantibus, substituisset &
filios filiarum positos in conditione fuisse masculos ad
exclusionem filiarum insimul cum descendantibus mas-
culis dictorum Josephi & Joachimi expresse vocatis
ad dicta bona, & etiam per ablativum absolutum
filias exclusas fuisse masculis existentibus, & ex
his & tota serie testamenti inspecta dicendum est
filios masculos filiarum, qualis est Gaspar Galindo
vocationem habere ante filias, cum istæ succedere non
valeant, nisi deficientibus omnibus descendantibus
masculis ex filijs & filiabus testatricis. Nec ex eo
quod quando vocavit fœminas descendentes in æquali
gradu existentes tam ex filijs quam filiabus, voluit
admiti ad successionem filios filie aut descendantis

pre-

prædefunctæ, quæ in æquali gradu existent ut re-
presentando Matrem succederent cum alijs in stirpes
& non in capita, contrarium afirmari valet affer-
endo, hoc in casu vocatos fuisse filios masculos filia-
rum, & sic cum supervixerit nuncque vivat & in
lite existat Mater dicti Gasparis, hunc adhuc locum
in successione sibi non fecisse, nam juxta dictæ Clau-
sulæ thenorem vocationesque in Testamento præ-
scriptas certum & indubitatum est filios filiæ aut des-
cendentis prædefunctæ vocatos in dicto casu non
fuisse masculos sed fœminas, quæ sub nomine filio-
rum comprehenduntur, quia testator fœminas voca-
vit non existentibus ullis masculis ex dictis suis filijs
& filiabus descendantibus, & sic omnes masculi
prius deficere debebant, ut fœmine admiterentur,
quomodo in defectum illorum ipsi invitari poterant
ad successionem, & si aliter inteligeret voluisse testa-
trix non fecisset dictam vocationem nec substitutio-
nem post omnes masculos ex filijs & filiabus, ut fecit.
Attento deinceps quod in litte se immisquit Thomas
Carra Mercator Pater & legitimus Administrator
Josephi Carra, Joachimi, & Francisci Carra, & uti
procurator Thomæ Carra illius filiorum, & Emeren-
tianæ Roca, & provisum fuit, quod injungeretur
parti sine præjudicio status Causæ & expeditionis
illius, cum jam fuisset conclusa & sic ut infra decla-
randum venit. Ideo & alias deliberationem & con-
clusionem in Sacro Regio Consilio sumptam in se-
quendo Pronuntiamus Sentenciamus & declaramus,
instantiam factam per dictum Doctorem Gasparem
Galindo in relata supplicatione de Jure procedere,
istumque successisse in omnibus bonis recadentibus in
dicta hæreditate & Vinculo, jubendumque fore &
esse ut cum præsenti jubemus dictis Ludovicie, Annæ

Ma-

Mariæ, Sebinæ, & Emerentianæ Roca ut relin-
quant vacuam & expeditam possessionem illorum,
condemnandasque fore & esse ut cum præsenti
condemnamus ad restituendum fructus perceptos
& qui percipi potuerunt à die petitionis, & pariter
beneficio appellationis revocamus dictam declaratio-
nem factam in Curia Gubernationis, maleque in ea
fuisse provissum & bene ab ea appellatum, reservato
Jure dicto Carræ ut littem prosequi valeat ceptam,
& quod dictus Gaspar Galindo teneatur præstare
cautionem idoneam, quod in casu quo obtineat in Litte
dictus Thomas Carræ relatis nominibus aut altero
illorum, dicta bona cum fructibus illi restituet, &
neutram partem in expensas condemnamus. =
Don Franciscus Scoria Regens. = Vudit Don Caro-
lus Valterra. = Vudit Chilart. = Vudit Don Jaco-
bus Madroño. =

Publicata fuit hujusmodi Regia Sententia per Jo-
seph Laurentium de Saboya Militem Regium manda-
ti scribam die duodecimo mensis Septembbris anno à
Nativitate Domini millesimo sexcentesimo septua-
gesimo octavo. Instante & humiliter supplicante Gas-
pare Galindo Medecinae Doctore, altera parte ab-
sente citata & non comparente. Præsentibus pro tes-
tibus Ludovico Ferrera, Eusebio de Benavides Mi-
litibus Regijs mandati scribis, Gaspare Descals Ge-
nerofo & alijs Valentiae habitatoribus.

